

De passione dñi.

Sermo. xxiiij.

Sciens ih̄s q̄ iam oīa cōsummata sunt et cōsummare f̄ scriptura: dixit. **Sitio.** **U**bi ego sp̄giaz plenā aceto p̄sopo circumponētes obtulerūt ori ei? **Cū** ego accepisset ih̄s acetū dixit. **Consummatum ē.** et inclinato capite tradidit sp̄m. **Job. xij.** X̄ps in vita sua iudeis dederat m̄lta documenta. exhibueāt multa sc̄ta tis exempla. otulerat multa beneficia atq; miracula. **Sed** hodie miseri iudei pro documentis dederūt x̄po dura verba. p̄ exemplis dederunt duriora verbera. pro beneficiis dederūt sibi durissima crucis tormēta. **Nō** restabat nisi vna pena. s. vt ipsum felle cū aceto potarent. sicut auctoritate sup̄dicta d̄r. **In** q̄ quidē auctoritate fa ponūtur ex pte x̄pi. a vñ ex pte iudeorum. **Na** ex pte x̄pi primo p̄m̄ eius feruens caritas cū dicitur **Sitio.** **Secūdo** cōsumationis veritas cū subdit **Consummatum ē.** **Ter**cio magna pietas cū d̄r. **In**clinato capite tradidit sp̄m. **Quarto** ex pte iudeoz magna crudelitas in hoc q̄ ibi porreperūt acetū ad bibendū. **Circa** primū notandum est: q̄ in hoc q̄ x̄ps dixit. **Sitio:** eius feruens caritas notatur. **Non** enī sitiebat aliquē liquore; **Bernar.** **Sitio** ait x̄p̄stus: nō doleo. **O** de mine quid sitis. **Fide;** v̄stram salutem v̄rām. gaudium

v̄strū. **Plus** amarū v̄stratū perditio. q̄ corp̄s mei cruciatūs me tenet. **Et** si non mei: saltem v̄stri miseremini. **Ista** autē x̄pi caritas tripliciter incēsa oēs alios amores sup̄at et excellit. s. amorem naturalem. matrimonialem. sociale; et animale. **Amor** naturalis est qui est inter patrem seu matrē et filium. et istum amorē amor cristī excellit. **Nulla** enim mater filium suum intantūz dilexit: in quātum x̄p̄stus nos hodie amauit. **Pla. xlij.** **Nūquid** potest mulier infantem suum obliuisci vt non misereatur filio vteri sui. **Et** si illa oblita fuerit ego non obliuiscar tui. **Eccē** in manibus meis descripsi te vt sim memor tui corā oculis meis semp. **Nūq̄** fuit aliq̄ maf. que filium suum intantūz diligeret: vt nomen suum in manibus pingi vel scribi faceret vt sic die nocte memoriam eius haberet. **X̄p̄stus** autē in manib; suis die ac nocte scriptos nos portat vt sēp memoriā nostri habeat. **Et** illa sc̄ptura nō fuit facta cū calamo vel atramento: vel in p̄gamento. **Sed** calami fuerūt acutissimi daui: atramētum eius sanguis preciosus. scriptores iudei pueri. p̄ gamenum caro manū. **Secūdo** excellit amorē matrimonialem q̄ est inter virum et vxorē. **Et** hoc in duobus. **Primo** in hoc si vxor fornicatur vltimus nō recipitur sed anime nostre iuxsum x̄pm sponsum

deserunt. et dyabolo abultero cōse-
tiunt. xps eas penitentes recipit
Et ideo in cruce manus extensas
tenet ad innuendū qd pccatores ad
se reuertentes p̄tinus amplexat̄
Iher. iij. vulgo dicitur: **Si** dimiserit vir
uxorē suā. et receēs ab ea duxerit
alterā. nūq̄d reuertet̄ ad eum vl-
tra. Nunquid nō polluta et otami-
nata erit mulier illa. Tu aut̄ for-
nicata es cū amatorib⁹ multistū
ad me reuertere. et ego suscipiā te
dicit dñs. ¶ Sed amor xpi excel-
lit amorē matrimoniālē in hoc qd
dicit **Si** esset aliqua vxor q̄ macu-
las in facie vel corpe haberet. et nō
posset ab illis maculis emūdari
nisi vir vulneratū se faceret. et i suo
sanguine vxor balnearēt. non ē
aliquis vir qui vxorē suā tñm di-
ligeret qd ista sustinere valeret. **A-**
mice etenim nostre erant plene
maculis. et ideo xps in quinq̄ p̄ti-
bus vulnerari voluit et sanguinē
suū fudit in quo sponsa se bal-
neauit et ab oībus maculis mun-
data fuit. Et hoc ē qd dicit̄ **Ep̄s.**
v. Viri diligite vxores vr̄as quē
admodū xps ecclesiā. et tradidit
semetip̄m pro ea. vt illam sc̄ifica-
ret. mundās eam lauachro aque
in verbo vite. vt exhiberet sibi ip̄si
gloriosam ecclesiam non habē-
tē maculā. siue rugā aut̄ aliq̄d
hūmōi. sed vt sit sancta et immacu-
lata. ¶ Tercio amor xpi excellit a-
morem socialem qui ē inter ami-
cos. Nullus homo inueniret qui

vellet mori pro amico quantūcū-
q̄ iusto sed pro amico bono et sim-
plici fidei et innocenter disposito
forsitan quis se morti exponeret
Nos nō eram⁹ iusti. nec eramus
boni. sed impij et dei inimici. et tñ
xp̄stus pro nobis voluit mori et
hoc ē quod dicitur ad **Romā.**
v. Cum adhuc essemus infirmi.
xp̄stus pro impijs mortuus ē
Potest tamen dici qd xp̄st⁹ ha-
bebat vnicū filiū. s. genus hu-
manū. Vt ergo xp̄stus inter
iustos pacem faceret. mediatorē
se interposuit **Thimo. ij.** Vnus ē
mediator dei et hominum hō xp̄st⁹
Ihesus qui dedit semetip̄m
redemptorem pro nobis **Sepe** au-
tem contingit qd aliq̄s quandoq̄
se inter duos rixantes interponit
ab vtroq̄ vulnerand⁹. Sed xp̄s
vulneratus a patre. **Psalm.**
liij. Propter scelus populi mei p-
cussi eū. Vulneratur etiā ab ho-
mine. **Zacharie. xij.** Hīs plaga-
tus sum in domo qui diligebant
me. ¶ Quarto vero amor domini
nostri ihesu xp̄sti excellit amorē
animalem qui est inter animam
et corpus **Animā** enim intantū
corpus diligit qd ab eo separari
rennuit et omnem lesionē cor-
poris vitat et fugit. **Animā** autē do-
mini nostri ihesu xp̄sti intantū
animas dilexit qd. s. a corpore suo
pro nostra salute separari voluit
Iohannis. x. Animam meam po-
no pro ouib⁹ meis. Intm dilexit

q̄ passus est corpus suū in quin
q̄ p̄tibus cū mltā leticia lacerari
vt precius nostre redēptionis ab
undanter efflueret **V**nde in p̄so
na sua dicit **ip̄sa** Conscidisti sac
cum meū & creādesti me leticia
Secundo ponit cōsummationis
veritas Consummata q̄ cōpleta fu
erunt oīa q̄ dicta fuerunt de nati
uitate sua. de sua ouersatione. et
de sua passione. **H**odie q̄ cōsuma
tum fuit corpus suū & sanguis
suus. Corpus quidem suū cōsuma
tum fuit. q̄ oīa ossa sua appare
bant & d̄numerari poterant. **p̄s**
d̄numerauerunt oīa ossa mea
Nec mirū si corp⁹ eius sic fuit cōsu
mat⁹. q̄ fuit tribus disciplinis
grauissimis flagellat⁹ **E**st em̄ q̄
dam disciplina q̄ fit virgis & ista
est fortis: q̄ carnem frangit **E**st a
lia q̄ fit cū sp̄imis duris & acutis
et ista ē fortior. q̄ vsq̄ ad ossa p̄
forando p̄tingit **E**st aut̄ alia que
fit cum ferreis in instrumentis. et is
ta ē fortiss̄ma. q̄ animā a corpore
excūtit **I**sta triplici disciplina fu
it corpus xp̄i flagellat⁹. & ideo to
taliter cōsumpt⁹. **P**rimo em̄ fuit
flagellatus virgis seu fūmb⁹ no
dosis: q̄n̄. s. pylatus ip̄m ad colū
nam ligari & flagellari fecit et ta
lis flagellatio totū corpus vulne
rauit. **S**ecundo fuit flagellatus cū
sp̄imis duris & acutis coronatus
& ista talis flagellatio vsq̄ ad os
capitis & vsq̄ ad creb⁹ puenit.
Et fm̄ **C**riso. Mille punctis eius

caput impleuit. **E**t si dicatur q̄ vi
detur impossibile q̄ sp̄ine os capi
tis tam dure potuerunt perforare
Verū ē fm̄ naturam sed non s̄
voluntate diuinam **N**ec ē contra
riū ei q̄ d̄ dicitur **Ioh. xix.** Os nō
ominuetis ex eo. q̄ os capitis nō
fuit ominutum licet fuit p̄foratū
Tercio fuit flagellatus cū instru
mentis ferreis & cū clauis acutis
Et ista talis flagellatio animā ex
cūssit a corpore. **Matth. xxvii.** **I**hs
clamans voce magna pre nimio
dolo redans & emisit sp̄m. **S**cd̄
eius sanguis fuit cōsummat⁹. q̄
totus a corpore euacuatus **O**m̄ia
em̄ opa fecit deus in numero. pō
dere & mensura. vt habetur **Sap.**
xi. excepto ope nostre redēptōis
Ibi em̄ non seruauit numer⁹: vt
q̄ vna; vel duas guttas sanḡis
funderet cū vna sola sufficeret **N**ō
seruauit pond⁹ vt. s. vnā librā vel
vnā vnciam funderet. nō serua
uit mensuram: vt. s. vnum calicē
mensuraret: sed totū debuit. totū
fudit **V**nde psalmista. **C**opiosa
apud eum redemptio. **Bernhar.**
Propterea copiosa. quia nō gutta
sanguinis: sed vnda fluminis p̄
q̄nq̄ partes corporis emanauit.
Tercio ostenditur magna cō
passio et magna pietas in hoc
quod dicit. **I**ndinato capite tra
didit spiritum. **M**agna quidem
impietas: q̄ iurei spiritui xp̄isti
ab ei⁹ corpore violenter cū mltis
supplicijs expulerūt. **P**salmista

Vim faciebāt qui querebāt ani-
mā meā. **Ex** hoc autē qd dicitur in
dmato capite tradidit spiritū; qd
dam voluerūt aiam principālē se-
dem habere in capite. **Sup** hoc tñ
inter sapientes fuerūt quatuor opi-
niones. Quidā em̄ dixerunt aiam
esse in corpore. et ppter auctoritatē
illam quā dicit **gene. ii.** de creatione
hōis. **Inspirauit** in faciē eius spi-
raculū vite. **Ista** ei inspiracō vite
nihil aliud fuit qm̄ anime infusio.
Alij dixerunt ipsam esse in corde
q hoc ppter auctoritatē illā **math.**
xx. De corde exeunt cogitationes.
Qz em̄ cogitationes exeunt absit
nisi exeant ab anima. **Ihero.** in
ep̄la ad sabiolam. Quid principi-
pale hōis nisi aia quā plato in ce-
rebro; xps esse in corde monstrat.
Alij dixerunt ipsā esse in sangui-
ne. **Et** ppter illud quod dicit **leui.**
xxij. Anima oīscarnis in sangui-
ne ē. **Alij** ipsam esse in corpore et i
qualitet pte tota. **Et** hoc ppter il-
lud. **ij.** **Ex.** **Adhuc** tota aia mea ē
in memetipso in corpore meo. **Iudei**
vero volentes animā xpi cruciari
videntur istas quatuor opinio-
nes saltē ipso facto sciuisse. **Pri-**
mo em̄ ipsa; animā cruciauerūt
in capite qñ fuit sp̄mis coronat⁹.
Anselmus. Coronatus incedit: s;
ipse sua cruciatus est corona. qm̄
mille punctis eius preciosissimū
verticem vulnerauit. **Secundo** ip-
sa; cruciauerunt in corde. qz si fu-
it iuxta cor: in latere vulneratus

est. vt si forte anima remanisset
cruciatus sentiret. **Verumtamen**
cū triplex sit amor. s. sermo is. cor-
dis et opis: tunc qñ ostendit no-
bis amorē sermonis fuit in sapi-
enti predicacōe. amorē opis in
miraculorū exhibitione. **Nō** resta-
bat nisi ostēderet amorē cordis
quem ostēdit in lateris apertione.
Bernhardus. **Clauus** penetrās.
clauus referans factus est mihi
qd vidēam p foramen. damat da-
uus. damat vulnus qd viderē? sic
in xpo reconcilians sibi. **Tercio**
cruciauerunt eius animā in sā-
guine: quando scilicet cū clauis
acutis eius nervos aperuerunt a
totum sanguinem cum dolorib⁹
extraxerunt. ita qd corpus eius in
cruce remāsit aridum sicut lignū.
Vnde ps. **Aruit** tanq̄ testaviet⁹
mea. **Idem.** **Ossa** mea sicut cremi-
um aruerūt. **Et** assimilatur xpi
stus corpus suum teste a cremio.
Nam testa que prius fuera t hūi-
da. post modū ab igne facta est
arida. **Similiter** cremium est lar-
dum adustum a quo scilicet om-
nis pinguedo recessit. **Corpus** er-
go xpristi in cruce fuit sicut testa
que ab omnibus suis humorib⁹
fuit exsiccata. **Et** fuit sicut cremi-
um: quia sāguine suo preciosissi-
mo fuit euacuatum. **Quarto** ve-
ro afflixerunt ipsi iudei animam
domini nostri ihesu xpristi a toto
corpore. quia a plāta pedis vsq̄ ad
verticem non fuit in eo sanitas.

Cruciatuſ em̄ fuit in toto corpore
In pte ſuprema fuit ſpimis corda-
tuſ. In media fuit ad columnaz
ligatuſ a flagellatuſ. In infima
fuit pedibus perforatuſ ubi ſenſit
magnum dolore. q̄ locus erat ner-
uoſuſ. et q̄ vnus ped ſup aliu po-
ſituſ. a q̄ groſſis clauis perforat⁹.
et q̄ imitebat⁹ clauatis pedibus
totuſ corp⁹. **Quarto** ponitur ex p-
te iudeorum magna puerſitas in
eo q̄ os xp̄i aceto potauerūt. Due
magne ruſticitates hodie ori xp̄i
facite fuerūt. Vna eſt q̄n ſibi ace-
tum dederunt bibere. Secunda q̄n
iudas ore ſuo turpiſſimo os xp̄i
ſanctiſſimuſ osculatuſ preſumpſit.
Iſtas duas ruſticitates hodie
multi adhuc faciunt ori xp̄i. Qui-
dam em̄ adhuc dāt ſibi acetuſ. v-
opa acerba. **Ps̄.** Exacerbauerūt
dñm peccatores. cū ei dederēt da-
re vinuſ ſuaue vopa bona a deo pla-
cita dāt ſibi acetuſ vopa acerba.
Iheſ. v. Expectauit faceret vas
et fecit labruſcas. Sed⁹ ſunt qui-
dam qui cū iuda os xp̄i osculant⁹.
Quatuor em̄ perſone xp̄m oscula-
te ſunt. Nam ipſum osculata fuit
mater ei⁹. q̄ q̄n eū infantē in bra-
chijs ſuis baiulauit: ſepe ipſū os-
culabat⁹. a hoc in ſignuſ amoris.
Osculatuſ etiā fuit ipſū ſymeon
q̄n. ſ. ipſum in vlnas ſuas ſūp ſit.
Illud osculū fuit in ſignū reuerē-
cie vel deuotiōis. ſicut ſi quis ma-
nuſ vel pedes pape osculat⁹. Os-
culata etiā fuit eū maria magda-

lena. et hoc in ſignū reconciliatio-
nis ſicut q̄n inimici ad pacem ve-
niunt: ſe mutuo osculant⁹. Oscula-
tuſ etiā fuit eum iudas. a hoc in
ſignū p̄ditiōis. ſicut a ioab oscu-
latus eſt amaſan. vt hētur. ij. **R.**
ij. Quicumq̄ ḡ xp̄m osculabit⁹: vi-
deat qualiter eum osculet⁹. Ille ei
qui nullum habet odiū vel rancore
remiſſe ad deum a primum ha-
bet ſincerū amorem: osculat⁹ eum
cū matre. Ille q̄ ad xp̄i paſſio-
nem multa reuerentia a deuotiōe
et lacrimarū effuſione afficit⁹: os-
culat⁹ eum cū ſymeone. Ille q̄ pri-
us erat deo inimicus et in iſta. xl.
eſt ſibi reconciliatuſ: osculat⁹ eū
cū maria magdalena. Ille qui ho-
die osculat⁹ crucifixū: et etiā cum
ipſo epulatur. a poſt paſcha ad
p̄tā reuertitur: osculatur eum cū
iuda p̄ditore. Magna enī p̄ditiō
eſt hodie xp̄iſto osculū dare. a i
paſcha cū ipſo cōedere. a poſtea
de domo corpis ſui xp̄m expellē.
et inimicuſ ſibi capitalem vemo-
nem in cor ſuum introducere. Ta-
libus poteſt dicere xp̄iſt⁹ quod
dicitur in pſalmo Tu vero homo
vnaminiſ dux meus a notuſ me-
uſ qui ſimul mecuſ dulces cibos
capiebas in domo dei ambulau-
muſ cū conſenſu. Veniat morſu
per illos a deſcendant in infernū
vuentes.

Sermo de paſſione

Sermo. xxv.